



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 64. Albertus in Franciam profugus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

que emissarium Guilielmum Grumbachium, dignum tanto Principe Ministrum rejecerant. Porro cum hinc inde calamo pugnaretur, Albertus minime armis suis otium interea dederat; postquam enim acceptis septuaginta aureorum millibus Aumalium Ducem liberum dimiserat, his pecuniis auctus copias in Saxonia conduxit, ac die secunda Junii Schwinfurtum contendens urbem ea parte, qua cincta non erat, cum suis militibus ingressus est, eamque rerum inopia undique pressam diripi jussit, omnesque præsiarios, scilicet mille octingentos qua pedites, qua Equites cum belli tormentis eduxit, ipse vero noctu Kitzingum ad Mœnum secessit. Fœderati, dum de Alberti fuga certiores fuerant facti, urbem ingressi eandem combusserunt, ac fugientem Albertum infecuti sunt. Hic quoque cum iis manus conferere haud renuebat, adventante autem toto exercitu cum se resistendo impari cernebat, suos hortabatur, ut, qua quisque ratione posset, sibi fuga consuleret, ipse vero trajecto flumine Kitzingum auffugit, amissis omnibus impedimentis suis.

§. LXIV.

Albertus in Franciam profugus.

G 4

Cum

Sæcul. XVI.
A.C. 1554.

Sæcul. XVI. **C**um ergo Albertus hac ratione ex
 A.C. 1554. omnibus suis ditionibus esset eje-

Thuan. l. 13.

ctus, primum ad Lotharingiæ fines,
 demum in Gallias ad Henricum II
 Regem confugit: cum vero metus ubi-
 que esset, ne Albertus Regiis copiis
 auctus in Alsatia, locisque vicinis res
 novas moliretur, hinc aliquot cohortes
 a Rhenanæ Provinciæ Ordinibus in
 Lotharingiæ fines immissæ sunt, quæ
 grave damnum huic ditioni inferebant,
 quocirca Rex ad Ordines Francofurti
 congregatos die prima Octobris literas
 dabat, in quibus de illorum agendi
 ratione questus hæc exposuit. „Equi-
 „dem tristem Alberti statum miseratus
 „eundem adjuvi, nec tamen propterea
 „ei adversus Imperii Ordines suppetias
 „ferre, aut omnino aliquid contra ami-
 „citæ leges facere in animum induxi;
 „nam leges illas religiose colo, & sem-
 „per me eas observaturum spondeo:
 „peto insuper, ut juxta morem anti-
 „quum in Passaviensi postremo foedere
 „confirmatum legatis meis, quos ad
 „proximum Imperii Conventum de pace
 „publica missurus sum, idonee cavea-
 „tur. Ad hæc responsum est Regi:
 „missæ in Lotharingiam equites fuerunt
 „non injuriæ ipsi inferendæ causa, sed
 „eo consilio, ut Alberti, qui ab Imperii
 „Ordinibus hostis est denuntiatus, co-
 natus

„natus impedirentur, si quam forte Sæcul XVI.
 „eruptionem faceret. De legatis, & pace A. C. 1554.
 „publica quod petis, cum nos nullum
 „ejus rei mandatum habeamus, volu-
 „mus ad nostros Principes referre, id, qui
 „quod æquum est, proculdubio facturi
 „sunt., Eodem tempore allatæ sunt
 Alberti literæ, quibus de Antonio Per-
 renoto Atrebatensi Episcopo graviter
 questus Trevirenses Electorem, & Ar-
 gentinensem Episcopum, atque ipsum
 etiam Hassiæ Landgravium admodum
 virulente fugillabat, *sanquinariorum illos*
equites, qui vitæ ejus sunt insidiati, ap-
 pellitans.

§. LXV.

*Tumultus Religionis causa in Bohe-
mia suscitati.*

Sub idem tempus nonnulli tumultus
 in Bohemia ob Religionis statum *Sleid. 83*
 fuere exorti: Ferdinandus enim edicto *Thm. 1. c.*
 promulgato suis mandavit, ne quid in
 Sacræ Cœnæ Sacramento mutarent,
 sed in ejus perceptione secundum re-
 ceptum jam a multis seculis in Eccle-
 sia usum altera contenti specie essent.
 Id cum graviter ferrent Primates, no-
 bilitas, ac pleræque civitates, & de eo
 sæpius Regem interpellassent, de-
 nuo per epistolam multis adductis ar-
 gumentis enixe rogant, ut juxta Christi